



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

Hieronymvs Osorivs Episcopus Sylvensis ad Antonium Augustinum V. C.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

HIERONYMVS OSORIVS  
Episcopus Sylvensis ad Antonium  
Augustinum V. C.

**T**riptolemus quondã sevit sacra munera frugum,  
Legibus & gentem Cecropiam excoluit.  
Tu leges ipsas atra rubigine tristes  
Ingenio purgas, & fata læta facis.  
Ille angui inuictus volucris tenet æthera curru.  
Te volucris fama ducet in astra decus.  
Ille colit Cererem. Peragis tu sacra sacerdos  
Matris Eleusinae, sacraque Pieridum.  
Evellis lolium atque inimicas frugibus herbas,  
Inducisque satis Castalios latices.  
Ergo Triptolemus tibi jam concedat habenas,  
Et victus, currus deserat ille suos.

ELEGIA IN LAVDEM V. C.  
ANTONII AVGVSTINI  
Archiepiscopi Tarraconensis,

IO. GRVTERI ANTVVERP.

**Æ**stuo, confiteor, versoque stylum usque legendo,  
Augustine, tibi dum bona verba fero.  
Quotquot enim tecum componere de grege certo,  
Cui sua cuncta Dei rara dedere bona,  
Nil nisi cum melico Philomelæ gutture corvum,  
Nil nisi cum cygno comparo Noctis avem.  
O pater, ô fidus Romani nominis aureum!  
O immortalis gentis Achaïæ honos!  
Quis monumenta suas posset tua mittere in auris,  
Quæ veterum purgant oblita sena patrum?  
Afcia & in decus antiquum ignicolore resingunt  
Iustiniani fasque piùmque chori.